

Quaestio, Solutio.

2

neq; idem in persona: ideo non sequitur deus genuit deum aut ergo se deum / quod nota idetas persone / aut alium deum / quod designat diuersitatem essentie. Et si dicitur quod imo quia idem & diuersum diuiduntur esse sufficienter. dicitur quod verum est vno modo & vniuersaliter accepta vtpote si referant tantum essentiam: vel tantum personam: sed si referat vtriusq; simul / vt in pposito / vtriusq; potest falsificari pro altera parte scilicet pro essentia cuius notat diuersitatem vel pro persona cuius notat identitatem. De hac consequentia qua magister facit deus genuit deum qui est deus pater aut qui non est deus pater: dicitur quod consequentia est bona & veritatur pro hac parte deus genuit deum qui non est deus pater: est enim regula quod relaxatum refert antecedens sub eodem modo supponendi sub quo preccellit. Et ideo cum deus in antecedente sit pro persona eode modo stat in consequente relaxatum cu dicitur aut deum qui est personalter pater (qd non est verum) aut deum qui non est deus pater personalter hoc est verum. Et si inferatur ergo non tui est vnus deus: non sequitur absolute: quia plus negatur in consequente qm in antecedente. In antecedente enim solus negatur vnitas in persona ppter ratione dicitur: sed in consequente si absolute capiatu negatur ois vnitas tam in essentia: qm in persona. Si aut inferretur cum determi natione bene sequeretur dicens sic: deus genuit deum qui non est deus pater: ergo non est tantum vnus deus personalter: quod vtriusq; verum est.

¶ Sententia quinte distinctionis in generali & speciali.

22

Questio queritur. Superius magister mouit questionem de nominibus essentialibus cōcretis: hic mouet questionem de nominibus significantibus essentiam in abstracto vtrū aliquid eorum se possit habere ad generationem vt subiectum vel terminus. Et circa hoc tria facit. Primo mouet questionem. Secundo determinat eam. Tertio determinationem confirmat. Secunda ibi ad quod autem catholice. Tertia ibi. Ideo non est dicens. Ite vltima diuiditur in duas partes. Primo enim ostendit quod diuina essentia non se habet ad generationem vt terminus vt dicitur generata. Secundo ostendit qd nec se habet ad ipsam vt principium vt dicitur generans. Secunda ibi. Itaq; etiam non est dicens. Ite vltima istarum diuiditur in duas partes. Primo probat intentum triplici ratione. Secundo obijcit in contrarium. Secunda ibi. Ite autem videtur contrarium esse. Et secunda pars in qua ostendit quod essentia non dicitur generans diuiditur in duas partes. Primo enim ostendit quod nec essentia generat essentiam nec essentia generat filium. Secundo obijcit contrarium. Et hoc secunda diuiditur in duas. Primo obijcit per autoritatem Augustini. Illarum quod essentia generat filium & soluit vtramq;. Secundo obijcit quod essentia generat filium & soluit. Secunda ibi videtur quod & frequenter. Et hoc est sententia & diuisio in generali. ¶ In speciali vero sic procedit magister. Et querit primo vtrum concedendum sit quod pater genuit diuinam essentiam & vtrum diuina essentia genuit filium: vtrum essentia genuit essentiam & vtrum essentia pos sit dici quod nec generet nec sit generata: nec procedat. Postea respōdit magister & dicit quod nec pater genuit essentiam: nec essentia filium: nec essentia genuit essentiam. Postea probat primum horum scilicet quod pater non genuit diuinam essentiam: Et hoc triplici ratione. Prima talis est. Omne illud qd generatur relatiue dicitur ad alium & coeorsu. Sed si diuina essentia generatur diceretur relatiue quod falsum est: quia non significaret substantiam. Secunda talis est. Pater est diuina essentia. Si ergo pater generet diuinam essentiam: ergo genuit se & illud quod ipse est quod fieri non potest. Tertia ratio talis est. Pater per diuinam essentia potest esse. Si ergo pater genuit essentiam: tunc pater haberet esse per id quod est generatum ab ipso quod falsum est: quia generatum a generante habet esse non generas a generato. Addit etiam magister quod simili modo probat Augustinus quod pater non est sapiens sapientia generata. Si enim esset sapiens per illam sapientiam genitum cum sit idem sapere & esse ergo haberet esse per illud qd est ab eo qd falsum est. Obijcit contra istam solutionem ostendendo qd genuit illud qd est ipse: et ita genuit essentiam & soluit exponendo quod illud quod est ipse: id est genuit filius qui est idem cum ipso. ¶ Postea ipse determinat questiones alias & dicit quod non est concedendum quod diuina essentia genuit filium quia cum filius sit idem cum essentia diuina sequeretur quod idem generet seipsum: eadem ratio de determinat quod diuina essentia non generat diuinam essentiam. Postea obijcit in contrarium probando per multas autoritates Augustini qd essentia filij est de essentia patris: sapientia de sapientia: & diuinitas de diuinitate. Et respondet quod cum dicitur sapientia de sapientia sensus est filius qui est sapientia est de patre qui est sapientia: & similiter exponende sunt alie. ¶ Obijcit autem ad hoc per autoritates illarum respondendo qd natura filij est nata de patre & soluit quod natura est nata id est nascēdo accepta: vel filius qui est eiusdem nature cum patre est natus a patre. Et primo obijcit quod diuina essentia generat filium ostendendo per multas autoritates quod pater genuit filium ostendendo in primis ostendendo quod filius est eiusdem nature cum patre: respondet magister quod autoritates iste sunt exponende: sensus enim est quod pater genuit filium de sua substantia: id est genuit no de nihilo sed genuit talem qui est eiusdem nature cum illo. Hanc expositionē confirmat per multas autoritates. Addit etiam quod filius ideo dicitur filius natura non per adoptionem habens naturam eandem cum patre. Et in hoc terminatur sententia in speciali.

¶ An essentia generet aut generetur.



¶ Circa distinctionem istam cōsue

nit queri. An essentia generet aut generetur. Et vtrū filius possit dici esse de substantia patris: aut de nihilo. ¶ Quantum ad primum videtur quod essentia generet: quod sic se habet essentia ad personam: ita persona ad essentiam: sed attributa essentie predicantur de persona vt creatur & huiusmodi (dicitur enim pater creat) ergo actus personae attribuit essentie dicens quod essentia generat. Item maior est oppositio affirmationis et negationis quam relationis: sed oppositio relaxatiua causat in diuinis distinctionem personarum: ergo multo fortius hoc faciet oppositio contradictionis. Si ergo persona generet et essentia non generet essentia & persona differret personalter quod est falsum. ¶ In contrarium arguitur: quia omne qd generat distinguitur a generato: sed essentia a nullo distinguitur in diuinis: ergo essentia non generat. ¶ Responso. actus generandi potest attribui dupliciter alicui: vno modo tanquam ei quod generat: & hoc est suppositio: actiones enim sunt suppositio: vt eorum que agunt. Alio modo tanquam principio quo generans generat sicut calefacere attribuitur igni vt ei quod agit: calorem vt principio quo ignis calefacit. Si primo modo intelligitur questio vtrius essentia diuina sit illud quod generat sicut videtur intelligi (quia hinc sensum immediate pretendunt termini questionis) sic non video quod habeat difficultatem secundum ea que dicta sunt in precedenti questione: quia generatio nulli competit tanquam ei quod generat nisi supposito: sed essentia diuina vel diuinitas quod idem est non includit aliquo modo suppositum vt prius dictus est: ergo nullo modo essentia diuina est id quod generat. ¶ Quantum ad eos qui dicunt quod persona & essentia nullo modo realiter differunt se ex natura re: sed solum secundum rationem difficultate habet: quia sola differentia rationis non potest facere differentiam nisi respectu predicati rationis: non re: sed generare non est predicatum rationis sed rei. (Alioquin generatio non esset realiter in diuinis) ergo differentia persone & essentie si sit solum secundum rationem non potest esse sufficiens causa que generare competat persone & non competat eodem modo essentie. Et ideo tenentes hanc viam addunt tanquam a veritate coacti quod quando aliquid sunt idem re nec vni in potest aliam rem quam alterum: nec distinctione ad alia re a qua non importat distinctionem essentiam: tunc est verum qd quicquid dicitur de vno dicitur de altero si sit predicatum reale. Ite est ita quod licet pater essentia diuina sint penitus idem re: tamen pater distinguitur realiter ab alio quo a non distinguitur essentia scilicet a filio: propter quod non oportet quod quicquid realiter dicitur de patre precise qd ad distinctionem pertinet (vt est generare) quod hoc conueniat essentie diuine. ¶ Sed istud non valet: quia etiam difficile est quod nunc assumeretur sicut illud quod ostenditur: eque enim difficile vel impossibile est quando aliquid sunt penitus idem re quod vnium realiter differat ab altero a quo non differet realiter alter re: sicut quod aliquod predicatum reale dicitur de vno quod non dicitur de alio. Si enim que sunt vnium & idem in tertio sunt necesse vnium et idem inter se illo modo fortiori ratione que sunt omni modo vnium & idem generaliter inter se sunt omni modo vnium & idem respectu cuiuscunq; tertii sine quo ad conueniant & affirmando: sine quo ad differentiam & negando. Et ideo semper remanet quoad istos difficultates & quasi impossibilitates respondendo quomodo si pater & essentia sunt idem penitus re: aliquid reale conuenit patri quod non conuenit essentie (vt est generare) aut quomodo distinguitur pater realiter a filio a quo realiter non distinguitur essentia. ¶ Ponentibus autem quod persone ratione relationis ipsam constituentem differit realiter aliquo modo vel ex natura rei ab essentia nihil horum occurrat. Si autem questio intelligatur de vno modo scilicet vtrum generetur. Competit essentie diuine tanquam principio quo ita qd sit illud quod pater generat: sic questio ista est eade cum illa qua queritur vtrum potentia generandi dicit substantias aut relationes. Et qua de hoc dicitur infra dist. vii. ideo ad presens superflue datur. ¶ Simili modo dicens quod de hac questione vtrum essentia generetur: quia sicut in generante est considerare duo scilicet illud quod agit: & principium quo agit: sic in genito est considerare duo scilicet illud quod terminat generationem: illud quo formaliter terminatur eam: & hoc sibi inuicem correspondent: quia sicut id quod generat est suppositum cuius est agere: quo autem generat est aliquid existens in supposito: sic illud quod generatur per se est suppositum cuius est esse: quo autem formaliter terminatur generatio est aliquid in supposito genito & non suppositum secundum se totus. Et quo pater quod sicut essentia non est illud quod generat sic nec illud quod generatur & per eandem rationem. Antrum autem essentia sit illud quo formaliter generatur terminatur eadem difficultas est cum illa vtrum essentia sit principium quo pater generat: quia principium & terminus generationis videntur sibi inuicem portionabiliter correspondere. Sicut enim ignis calefacit calorem vt principium quo agit: ita calefactus terminat calefactionem calorem recepto non eodem secundo numero sed secundum speciem. Et ideo si essentia est principium quo pater generat erit etiam terminus quo filius generatur: & terminatur: si vero non: non ipsum autem declarabitur infra dist. vii. vtrum dicitur est: quo declaratur erit declaratum quod nun queritur. ideo nisi dimittitur. ¶ Ad primum autem argumentum dicens quod maior est falsitas: quia aliter se habet persona ad essentias: et aliter essentia ad persona. ¶ Persona enim includit essentiam et ob hoc omnia attributa essentie conueniunt persone nisi impugnentur prepoter per quam persona formaliter constituitur vt sunt esse indistinctum: esse communi cablet hu iusmodi: & essentia in suo significato vel note nullo modo includit personam ppter qd attributa plene qd conueniunt ei & illud qd est formaliter persona nullo

Questio

23

24

Quaestio

25

26

Ad primū pñci pale